Epistola Excell.^mi e Rev.^mi
D. D. Marci aurelii Balbis Bertone
Episcopi Novariæ et Principis
Ripariæ
ad D. Castellanum Ripariæ, Gaudiani, et plebis
ad interpretationem Statuti = de judice appellationis =

Accepimus nuper a quadam sent.^a quam protulerat Judex appel=
latum, cumq: de appellationis judice eligendo ageret conven=
tum fuisset, ut tibi confidentium nota, prout moris est a liti=
gantibus exhiberent, hac lege, ut cognita a confidente electo
causa secundæ instantiæ sententiam seu ipso juxta præ=
dicti confidentis electi votum proferre tenereris, cum hoc
ritè fieri posse partes autumarent injxta decretis = præterea
de constitutione judicum appellationis quod in nostro Statuto=
rum exemplari est cap: 147, et alteri eorundem Statutoru=
rum decreto incipiens Petrus Epus de delegatione appellationum
quod pones nos est cap: 151.
Quæ quidem interpretatio cum enunciati decreti menti judicio
nostro repugnet et incongruum, absurdumq: in jure sit
ut judex primæ instantiæ sent.^am iterum in 2.^a pronun=
ciet non absq: periculo eandem contra propriam con=
scientiam infirmandi, ideo ne hac parum recta inter=
pretatione glis-centè in foro Ripariæ nostræ, quod ab
omni vitio decet esse immune, captiosus aliquis error obre=
pat, nos qui genuinum prædictorum decretorum sensum
tenemus, motu proprio per hanc interpretationis nostræ
paginam tibi significamus, prædicta decreta ita accipi=

endaesse, ut quotiescumq: causa aliqua egregii Castellani nostri judicio finita, et ab eo appellatum, nisi pars appellans malit ad nos pro causa avocatione et novi judicis delegatione confugere, nota judicium appellationis exhibeatur alteri ex Locumtenentibus Hispaniae a quo consedentes juris utriusq: Lauream, vel saltem licentiam in aliqua approbata Universitate consecuti juxta receptum Tribunalis praxim declarentur ab eoq: sententiae, quae cum ipsorum voto in secunda instantia pronunciari contingerit, proferantur; secus tamen esset si ab aliqua vel Sindicatoris, vel alicujus ex Locumtenentibus sententia appellatum; hac enim in specie Tibi qui in prima instantia judex non sedisti integrum erit, ut partium confidentes juxta praedicta statuta assignes, eorum vota asserias et juxta ea sententiam tuam in secundo judicio pronuncies. Hoc itaq: sanctionis et interpretationis nostrae decretum cujus tenore quicquid contra eandem fieri contigerit, nullum effectum ipso jure esse mandamus, in actis Castellaniae nostrae referri, et adamussim inposterum lutagas observari. Dat. ex Palatio nostro Episcopali Novariae die IV. xembris 1782 =